

Band XI., Nr. 5305, Seite 286

*Dietrich der Sohn Itas von Altingen reserviert sich gegenüber Kloster
Bebenhausen wegen der ihm geliehenen Höfe in Altingen.*

Altingen, 1299. Juli 7.

Universis presentium inspectoribus ego Dietricus filius Ite de Altingen facio notorium per presentes, quod cum ex parte venerabilium in Christo . . . abbatis et conventus monasterii in Bebenhusen ordinis Cisterciensis institutus sim colonus curie ipsorum dicte Niderfronhof et curie dicte Amerveldershof in Altingen sitarum ad vitam meam, ego me stipulatione sollempni obligavi et presentibus astringo, quod nulla bona cuiuscumque alterius preter duo iugera strennuo militi Hugoni de Hälvingen pertinentia colam nec fimum de predictis curiis provenientes ad aliena bona convertam sed bonis dictarum curiarum legittimam ac debitam culturam impendam, alioquin si secus egero dicte curie a me seu mea colonia penitus absolvuntur, ita quod nec ipsis religiosis seu colonis eorum in dictis curiis aliquam molestiam inferam ullo modo. Super quibus observandis et exequendis fideiussores et warandos dedi Hainricum de Cuppingen et Cünradum scultetum de Gilsten, qui se ad hoc voluntarie obligarunt. In quorum evidentiam sigillum spectabilis domini R. comitis de Tuwingen presentibus ad meam instantiam est appensum.

Actum et datum in Altingen, anno domini MCCXCIX., nonas Julii, indictione XII.

—

Textabdruck folgt dem Original.

Abhängend das Reitersiegel des Grafen Rudolf von Tübingen, s. WUB, Bd. IX, S. 276, Nr. 3858.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

A 474 U 214

Editionen:

Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins 1 (1850) - 39 (1885), N.F.
1=40 (1886) - [...], Bd. 15, S. 92.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Altingen

Aussteller:

Dietrich; von Altingen

Ortsindex:

Altingen Wohnplatz (16222)

Altingen, Ammerbuch, Tü

Bebenhausen Wohnplatz (16199)

Bebenhausen, Tübingen, Tü

Gültstein Wohnplatz (114)

Gültstein, Herrenberg, BB

Hailfingen Wohnplatz (16171)

Hailfingen, Rottenburg am Neckar, Tü

Kuppingen Wohnplatz (121)

Kuppingen, Herrenberg, BB

Tübingen Wohnplatz (16214)

Tübingen, Tü